

manus, quo superinduebantur reges, fuisse idem quoque cum
Græcorum pallio. Sed pallia Græcorum fuisse ad pedes fusa
extra omnem dubitationis aleam ponit Octavius Ferrarius
in libro de re vestiaria Parte 2.p.139.edit.Patavinae in 4.

§. 4.

Nec illud reticendum est, etiam Pectorale Sacerdotis
summi ad pedes descendisse. Videatur *Obadias de Sapbor-*
nō in Biur al battora edit.Venet. in 4.f. 40.col.1.

THESIS IX.

Non communis Hebræorum senten-
tia est , divaricationem digitorum
in benedictione Sacerdotali quin-
que habuisse spatia.

§. 1.

Tametsi in libro *Schepha Tal edit. Hanovien sis in fol.*
in prefatione delineantur manus sacerdotis benedicentis
cum quinque digitorum spatiis , tamen nondum sequitur,
hanc esse communem Hebræorum sententiam , quasi quin-
que illa spatia necessario requirantur.

§. 2.

Nam manus illæ benedicentes, cum tribus tan-
tum spatiis , junctis utriusque manus digitis cereberrime
ab ipsis Judæis delineantur, etiam ab iis, qui sacerdotali
munere funguntur , ut illorum sententiæ merito nive-
ram adjiciamus calculum. Hanc enim imaginem , quam
defendimus , reperimus in libris *Levuschim Mardochai*
Zaphe in fol. 4. Tomis Pragæ excusis , ubi illa imago in sin-
gulorum librorum fronte apparet. Reperimus illam